

Johann Cothmann

**Programma Quo Decanus Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor ... Ad Disputationem Inauguralem Viri Reverendi Et Clarissimi Dn. M. Danielis Michaelis, Gustrovio-Megapolitani, SS. Theol. Professoris, Ad diem 2. Maii Publice ... habendam ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738384046>

Druck Freier  Zugang




RU Med. 1650

Lothmann, Johannß

Vent. & Michael, Daniel  
mit Progr. (2x)







PROGRAMMA

<sup>270</sup>  
DECANUS

JOHANNES COTHMAN,

S. S. Theologiæ Doctor & Professor ac  
Facultatis Senior, suo ac Theologiæ Faculta-  
tis nomine,

AD

Disputationem Inauguralem

VIRI REVERENDI ET CLA-  
RISSIMI

DN. M. DANIELIS  
MICHAELIS,

Gustrovia-Megapolitani, SS. Theol. Professoris.  
Ad diem 2. Maij

*Publicè, Deo auxiliante, habendam,*

Magnificum Dn, RECTOREM,

Consultis. Excellentis. Experientis.

& Claris. Dnn. Professores, cæterosq; Consultis.

Dnn. Doctores, Reverendos verbi divini Ministros,

Eximios artium liberalium Magistros, Nobilissimos, Præstantis. & Do-

ctis. Dnn. Studiosos, adeoq; omnes & singulos cives Acade-  
demicos, ea, qua par est, diligentia in-

vitat.

☉(o)☉


ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1650.



Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock





**H**eologiam revelatam multa continere mysteria, rationi humanæ incognita & inscrutabilia, nemo negabit, nisi Scripturæ Sacræ ignarus. Quis enim inficias iret, magnum esse mysteriū, Deum esse unum, & tamen realiter inter se distinctis personis trinum. De quo mysterio Ecclesia magna cum devotione canit: ô adoranda unitas, ô veneranda Trinitas, Quis *θεοδιδάκτος* nō admiraretur, *ὁμιλος κινήσεως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον*, Deus homo factus est, quod ejus est excellentiæ, ut ipsi angeli, quibus tamen scriptura magnam tribuit sapientiam, in mysterium hoc *ὡδὲ ἀκούθειν* desiderent. Hinc non immeritò Chrysostomus commentario in I. Tim. 3. ait: animadvertite mysterium & venerationis horrore moveberis. Mysterium est, magnumq; mysterium, & pietatis Sacramentum, & revera absq; ullâ quæstione indubitatum. Hæc Chrysostomus verissimè ait: Nam quod rationis acumen ullo modo capit, Deum totius universi creatorem in unitate personæ factū esse ex virgine hominem, qui pro toti<sup>9</sup> mundi peccatis satisfecit, iramq; patris innocentissima sua morte placavit, & hodie ad dextram



DEI sedens advocatum nostrum agit. Meritò  
hïc cum Bernhardo exclamamus, cum paulò  
penitius hoc mysterium scrutamur: ô inæstima-  
bilis dignatio, & penitus incogitabilis, quod  
in carceris hujus horrorem, fætida scilicet  
carnis humanæ, tanta dignata est conscendere  
celstudo divinæ majestatis? Quid hoc fecit, ut  
supremus omnium fieret unus hominum nisi  
amor? Ama igitur illum ô homo, qui amore tui  
amoris descendit in uterum virginis, & ibi lu-  
men suæ Deitatis conjungere voluit limo tuæ  
mortalitatis. Cum vero incarnationis mysteri-  
um, & de persona Christi Articulum, locus Pauli-  
nus ad Col. 2. v. 9. eleganter exponat, proinde  
Candidato nostro placuit, eundem, consensu Fa-  
cultatis, ad inauguralem disputationem haben-  
dam proponere. Quia vero consuetudine rece-  
ptum est, ut Candidatorum vita & mores, ut &  
studiorum cursus, in programmatibus his expri-  
mantur, idem observabimus. Natus igitur est  
Candidatus noster in avita Ducum Megapolen-  
sium sede Gustrovij. Patrem habuit sibi cogno-  
minem Dn. M. DANIELEM MICHAELEM,  
circuli Gustroviensis Superintendentem vigi-  
lantissimum, & Consistorij Ducalis Assessorem  
dignissimum, qui ante quinquennium & quod  
excurrit, mortuus, magnum sui desiderium pluri-  
mis



mis reliquit. Postquam Deo placuit dictum hunc  
parentem, solo Candidato nostro superstite, om-  
nibus suis liberis privare, parens existimavit, nō  
sine Causa hunc filiū divina bonitate in vivis con-  
servatum, prima proinde cura fuit, ut post pieta-  
tem literarū ac linguarū studiis imbueretur. Pri-  
ma ergo eruditionis ac pietatis tyrocinia pater  
filio in ædibus privatis subministravit. Pruden-  
ter verò secum perpendens, Scholasticam insti-  
tutionem, ubi honesta ingeniorū datur æmula-  
tio, non esse contemnendā, secundū poëtā enim,  
*Tum bene fortis equus reserato carcere currit,*

*Cum quos præcedat, quosq; sequatur habet.*

proinde privata institutioni, Scholasticam con-  
iunxit, & filium præceptoribus Scholæ patriæ in-  
formandum tradidit. Postquam ex ephebis ex-  
cessit, ob pestem Gustrovij Anno 1638. grassan-  
tem ad Scholam Wismariensem, cultu studio-  
rum humaniorum tunc florentissimam, ablega-  
tus fuit, in qua aliquandiu temporis, Rectore  
M. JEREMIA NIGRINO *ῥῆν ἐν ἀρχαίῳ*, utriusq;  
linguæ, & politioris literaturæ studiis incubuit.  
Inde domum reversus, & institutione paterna  
per aliquod tempus usus, dignus à parente p. m.  
judicatus est, ut relictis Scholis trivialibus ad A-  
cademiam aliquam sese conferret. Ex consilio  
ergo patris Anno 1640. in hanc nostram Univer-  
sitatem



litatem, studiorum bene captorum continuandorum gratia, venit. Quomodo autem sese gesserit optima fide testari possum, quia meo tum temporis utebatur convictu: deprehendi illum pi-um, modestum, studiisq; sedulo invigilantem, adeo, ut non tam adhortatore, quam dehortatore indiguerit; Quod enim caret alterna requie durabile non est. Collegiis meis Theologicis tunc habitis nomen suum professus est. Unde tantum profecit, ut anno primo in Academia nostra transacto, illam fiduciam conciperet, ut disputationem publicam de natura verbi DEI revelati, proprio Marte conscriptam, Anno 1641. non sine auditorum applausu, haberet. Philosophiæ fundamenta, apud parentem jacta, in diversis collegiis philosophicis continuavit. Exacto biennio celeberrimam Academiam Regiomontanam Anno 1642. adiit, & Philosophorum ac philologorum illic tum viventium collegiis & institutione usus fuit. Hinc permota Amplissima ibidem Facultas philosophica Anno 1643. summam in philosophia ad eam, quam magisterii gradū appellamus ei contulit, eodemq; anno disputationem de loco difficili Esa. 9. v. 6. 7. Judæis & judaizantibus oppositam elaboravit, quæ, suffragante venerando Dnn. Theologorum ordine, binis vicibus, adversa id urgente parte,



78  
te, publicè habita fuit. Professores Docentes  
Dn. D. BEHMIUM Dn. D. MISLENTAM  
Dn. D. POUCHENIUM Dn. D. CALO-  
VIUM publicè privatimq; audivit. Animus  
quidem Dn. nostro Candidato fuit, aliquandiu  
temporis in Acad. Regiomontana commorari,  
ibidemq; habendis collegiis gradum exornare,  
sed aliter placuit B. parenti, cujus voluntati re-  
fragari Candidato nostro, tanquam morigero fi-  
lio, religio fuit. Nec sine causa parens ita sensit;  
inaudiverat enim filium phthiſeos semina ex  
nimio studio contraxiſſe, cui malo aëris muta-  
tione obviam iri poſſe arbitrabatur: ſed cum pa-  
rens de filij ſanitate ſollicitus fuit, ipſe interim  
fatis conceſſit. Unde Candidatus noſter in hanc  
Academiam rediit, ſeſe q; cum aliis exercuit, ac  
publicam diſputationem philologicam ex Pro-  
pheta Daniele præſidendo habuit. Poſteaquam  
in hac noſtra Academia per aliquot annos ſub-  
ſtitit, Gryphisvaldiam excurrit, poſt in Daniam,  
Haſſniensis Academiae ſtatum videndi gratia.,  
abiit. Inde in Bataviam trajecit, & in Academia  
Leydenſi per aliquod temporis ſpatium com-  
moratus, multa viſu & obſervatione digniſſima  
notavit; poſt reliquas Batavorum Academiaſ &  
ſplendiſſimas urbes perluftravit. Domũ rever-  
ſus Illuſtriſſimus ac Celiſſimus princeps ac Do-  
minus




minus Dn ADOLPHUS FRIDERICUS,  
Dux Megapolitanus &c. Dn. noster clementissi-  
mus Candidatum nostrum collegio Ducali ad  
Theologicam Professionem commendavit,  
quod cum eruditionem ejus cognitam haberet,  
causas contradicendi non habuit. Professio itaq;  
Theologica 9. Octobris Anni præteriti, ritè Can-  
didato nostro commissa, quam publicis præle-  
ctionibus in divinum Levitici librum exornare  
jam dum cæpit. Ut verò Professio Theologica  
majorem haberet dignitatem, gradum Doctoris  
à Facultate nostra petiit. Cum igitur, consuetu-  
dine recepta, examini rigoroso se jam ante stitisset,  
restat nunc ut Candidatus noster publicè se  
sistat, ut & aliis in studio sacro profectus publicè  
innotescant. Disputaturus autem est de loco dif-  
ficili ad Col. 2. v. 9. ubi occasio commoda Articulu-  
lū de persona Christi explicandi datur. A vobis,  
Magnifice Dn. Rector Excellentiss. Dn. Profes-  
sores, Consult. & Experient. Dn Doctores, Re-  
ver. verbi divini Ministri, Nobil. ac præstantiss.  
Dnn, studiosi, summopere contendimus, ut ho-  
norifica vestra præsentia actum hunc inaugura-  
lem & solemnem, magis conspicuum reddere  
velitis, Quod ut ab omnibus Academiae civi-  
bus fiat peramentemur rogamus P. P. sub Si-  
gillo Facult. 21. April. Anno 1650.

••(o)••












te, publicè habita fuit. Profe  
Dn. D. BEHMIUM Dn. D. M  
Dn. D. POUCHENIUM I  
VIUM publicè privatimq; au  
quidem Dn. nostro Candidato  
temporis in Acad. Regiomont  
ibidemq; habendis collegiis gra  
sed aliter placuit B. parenti, cuj  
fragari Candidato nostro, tanqu  
lio, religio fuit. Nec sine causa  
inaudiverat enim filium pht  
nimio studio contraxisse, cui  
tione obviam iri posse arbitra  
rens de filij sanitate sollicitus f  
fatis concessit. Unde Candidatu  
Academiam rediit, seseq; cum  
publicam disputationem philo  
pheta Daniele præsidendo hab  
in hac nostra Academia per ali  
stitit, Gryphisvvaldiam excurrit  
Haffniensis Academiae statum  
abiit. Inde in Bataviam trajecit  
Leydensi per aliquod tempor  
moratus, multa visu & observa  
notavit; post reliquas Batavoru  
splendidissimas urbes perlustra  
sus Illustrissimus ac Celsissimus

centes  
F AM  
ALO-  
nimus  
andiu  
morari,  
nare,  
ati re-  
ero fi-  
sensit;  
na ex  
muta-  
am pa-  
aterim  
hanc  
uit, ac  
x Pro-  
quam  
os sub-  
aniam;  
ratia.,  
demia  
com-  
issima  
nias &  
rever-  
ac Do-  
minus



the scale towards document